Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

pinguium uitulorum uestrorum non respiciam. Odit autem deus et non solum odit sed et proicit festiuitates eorum qui
non celebrant festiuitates dei sed suas. Et post pauca. Odisse autem deum et non odorari et proicere
humana loquitur similitudine. ut nos affectum dei nostris sermonibus ag
noscamus. Et si holocausta obtulerint ut uideantur ieiunare. dare elemosi
nas. pudiciciam polliceri. que holocausta sunt uera. non ea suscipit dominus. Non enim sa
crificiorum magnitudinem sed offerentium merita causasque diiudicat. Unde et uidua S. p. i. d. xxxvii. C. v.
que in corbana duo minuta miserat. omnibus a saluatore prefertur: quia dominus non
ea que offeruntur. sed uoluntatem respicit offerentium. Item Aug. Ubi caritas non est.
Ubi sana fides non est. non potest esse fides uel iusticia locum habere non potest.
iusticia. quia iustus ex fide uiuit. Neque scismatici aliquid sibi ex ista mercede
promittant. quia similiter ubi caritas non est. non potest esse iusticia. Dilectio enim proxi
mi malum non operatur. quam si heretici haberent non dilacerarent corpus christi quod est ecclesia.
Item Liberius papa. Prius spolientur honore. qui contra pacem ecclesie nituntur.
Qui contra pacem ecclesie sunt. si dignitatem aut cingulum milicie habent nudentur
eis. si autem priuati. siquidem nobiles sunt. suarum subarum proscriptionem patiantur.
si autem ignobiles. non solum in corpore uerberentur. sed exilio perpetuo castigentur.
Item Nykolaus papa. Ad iudicandum excommunicati non sunt recipiendi.
Miramur quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint. cum secundum apostolicos S. xi. Q. iii. Si quis episcopus.
canones sine commendaticiis litteris in communione sola recipi prohibeantur. S. xviii. C. iii.
Absurdum enim est. ut cui non licet etiam cum minimus iuxta sacras regulas communi
care. liceat ei etiam de suis pene maioribus iudicare. Item Aug. ad Eusebium.
Quisquis per disciplinam ab hereticis excommunicatus non est katholicis recipiendus?
Subdiaconus quidam spaniensis ecclesie uocabulo primus. cum ab accessu indis
ciplinato sanctimonialium prohiberetur: atque ordinata et sana precepta contemp
neret. a clericatu remotus est. Ego si domino placet istum modum seruo. ut quisquis apud
eos per disciplinam degradatus ad catholicam transire uoluerit. in humiliatione
penitentie recipiatur: quod et ipsi eum forsitan cogerent. si apud eos manere uolu
isset. Item Gelasius Fausto magistro fungenti legationis officio con
stantinopolim. Q. II. Quod post mortem nullus excommunicari ualeat.
Ecclesia uiuentes potest ligare uel soluere non mortuos.
Legatur ex quo est religio christiana. uel certe detur exemplum in ecclesia